

## LI

scripsisti nō amice minus q̄ iucunde: & pro tua consuetu-  
dine. Sed uides: i quæ tempora inciderim⁹. Itaq; ignosce:  
tū breuitati litterarū: tum etiā qđ nō liceat apertius loqui.  
Sed mittā aliquē ex meis ad te: ex quo mentē oēm meam  
cognosces. Vale ex Medio. idib⁹ Ianua M. cccc. xxxxyiiij.

Franciscus Philelfus salutē dicit plu.

Bessarioni Cardinali nicæno.

*Impensiu. expensa*

Am Homeri Iliada: quā uir eruditissim⁹ Theodo-  
rus gaçes excripsit mibi & eā quidē magna cū im-  
penſa atq; sumptu: facio tātī: ut ne Creli quidē in-  
gētibus illis admirabilibusq; thesauris cuiq̄ sim cessur⁹. Te  
aūt pater reuerēdissime maiorē in modū miror: qui me cū  
ab usq; Constantinopoli noris uel in publico discēdi ludo:  
ubi post obitū mei foci Chysoloræ fuimus apud Chry-  
socoem condiscipuli: mores arbitreris cum ætate mutas-  
ſe. Vt qui unus omnium liberalissimus esse censeret: beni-  
gnitatem illam cum auaricia commutarim. Donare didici  
ſæpe permulta: at uendere nihil unquā: præfertim libros:  
quibus sane preciosius nihil duco. At hunc Homeri codi-  
cem tam carum habeo: tam iucundum: ut uix quicq̄ in ui-  
ta magis. Itaq; ignosce hac in re mibi. Siquid aliud tibi pos-  
ſim gratificari: iusseris nihil frustra. Vale ex Mediolano. x  
Cal. Februarias. M. cccc. xxxxyiiij.

Franciscus Philelfus Alberto Sancarrio sal.

Væ hic gerantur: neq; ausim: neq; debeo scribere  
tibi. Scis enim non decere incolam in aliena repu-  
esse curiosum. Omnis mea consuetudo hoc tem-  
pore est cum libris. Itaq; semotus a popularibus fluctibus:  
ne peream naufragio: institui tam diu in huiusmodi portu  
me continere: donec alicunde secūdu aliquis uent⁹ aspi-  
ret. Utinam mibi liceret ad uos ire. Quod quoniam face-  
re prohibeor: modice feram necessitatem. Vale ex Medi-  
olano Cal. Februarijs. M. cccc. xxxxyiiij.

Franciscus Philelfus Petro perleoui sal.

Vgaris tu quidem: cum negligētiam mibi obijcis:  
quali tibi mores mei sint incogniti. Nam quē unum  
uidisti unq̄ q̄ me diligentiore? At quid uelis: ad